storal officij plena vigilijs et laboribus anxia sollicitudo Finis vero Datum Rome aput sanctum Petrum Anno incarnationis dominice Mcccclxxvii. ydus octobris Pontificatus nostri Anno Septimo Omnes et singulas facultates gratias et concessiones personas pro concessis indulgencijs plenarijs ac Jubileo diversis modis pro tempore bus consequendis confluentes in casibus sedi apostolice specialiter reseruatis absoluendi Beneficia ecclesiastica eis qui ea simoniace acquisierant de nouo conferendi Super quibuscunque irregularitatibus etiam qualitercunque contractis dispensandi et abilitandi Ab excommunicatione etiam ad partis instantiam absoluendi Vota peregrinationis et alia quecunque commutandi et nonnulla alia faciendi in litteris indulgentiarum et iubilei huiusmodi sub quibusuis verborum formis comprehensas et quocunque concessas Reuocauit annullauit Nulliusque roboris vel momenti omnino fore decreuit Indulgencijs plenarijs et Jubileo huiusmodi ac facultate confluentes absoluendi in alijs casibus preterquam sedi apostolice reseruatis in suo robore duraturis Nichilominus sanctitas sua hanc suam reuocationem ad contenta in bulla indulgenciarum plenariarum in Vrach suprascripta se non extendere Sed omnia inibi contenta in suo robore permanere debere declarauit Quinymmo concessiones huiusmodi de nouo approbauit ac nonnullas alias gracias et concessiones pro confluencium ad dictum locum salute addidit Prout hec et alia Oratores Illustris domini domini Eberhardi comitis de wirtemberg et Montis peligardi etc Pro tempore hoc ad Apostolicam sedem post dictam reuocationem missi Certis suis scriptis insinuarunt et hec ipsa in bullis apostolicis que indies expectantur Plenius continentur

Stadtbibliothek
Frankfurt am Main

Inc. oct. 1268 Nr. 3
Einbd. 1439

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main